

de uenatione filii tui ut benedicat mihi anima
tua. Dixitq; illi isaac. Quis enim est? Qui respon
dit. Ego sum primogenitus filius tuus esau.
Expauit isaac stupore uehementi. et ultra qua
credi potest admirans ait. Quis igitur ille est qui du
dum captam uenationem attulit mihi et comedi
ex omnibus; prius quam tu uenires. Benedixi q; ei
et eris benedictus. Auditis esau sermonibus; pa
tris irruit clamore magno. et consternatus
ait. Benedic etiam mihi pater mi. Qui ait. Uent
germanus tuus fraudolenter. et accepit bene
dictionem tuam. At ille subiunxit. Iuste uocatum
est nomen eius iacob. subplantauit enim me in
altera uice. Primogenita mea ante tulit. et nunc
secundo subripuit benedictionem meam. Rursusq;
ad patrem. Numquid non reseruasti ait et mihi be
nedictionem. Respondit isaac. Dominum tuum illum
constitui. et omnes fratres eius seruituti illius subiu
gavi. Frumento et uino stabiliui eum. et tibi post
haec filium ultra quid faciam. Cui esau ait. Hum
unam tantum benedictionem habes pater. mihi quoq;
obsecro ut benedicas. Cumq; euulatu magno fle